



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Juris Canonici A. R.P. Paulo Laymanno Societatis Jesu Theologo SS.
Canonum In Alma, Catholica, Et Episcopali Universitate Dilingana
Professore Qvondam Ordinario, Prælectionibus Academicis Illustrati

Laymann, Paul

Dilingæ, 1673

Capitvlvm II. Legitima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62587)

postulatum, vt causa in curia agatur, tunc appellans satisfacit, si absque actis veniat, vel procuratorem mittat ad literas delegationis impetrandas. *c. Nicolao. 64. c. Interposita. 70. §. eid. b. tit. & videri potest Innoc. hic. verb. petuerit.*

- 4 Not. III. Si partes, quæ ab interlocutoria appellârunt, consentiant, vt Iudex ad quem omisso appellationis articulo causam principalem cognoscat & definiat, ipsis parendum, quandoquidem hoc conducit ad litis exitum, id verò locum tantum habet in Pontifice aliisque Iudicibus appellationis, qui causam principalem etiam per viam primæ instantiæ, seu simplicis querelæ cognoscere possunt, non autem locum habent in Archi-Episcopo, qui à subditis non nisi per viam appellationis adiri potest, neque eius iurisdictio prorogari, vt habetur in *c. 1. de foro competent. in 6. vbi gloss. verb. pratermissio* ait: quòd Archi-Episcopus omisâ ex partium voluntate appellationis causâ non possit super negotio principali cognoscere, sed remittere debeat ad Cœpiscopum, à quo appellatum, quod etiam tradit *gl. hic. verb. omisso Anchor. not. 10. Franc. §. Posthac. n. 6.*

- 5 Not. IV. Si conditio aliqua de re iure requiratur, tanquam forma actus, tunc ea non obseruata corrumpit, actus, & perinde censeatur, ac si nihil actum esset: nam in tali paria censentur, non fieri, & non legitime fieri. ita sumitur ex *hoc c.* quando dicitur, quòd appellatio ab interlocutoria sententia vel grauamine non seruatis iis, quæ hic præcipiuntur, pro non appellante haberi debent, sedque notauit *Franc. hic. §. Quòd si appellat.*

- 6 Not. V. Contumax in Iudicio veluti tripliciter delinquit, quia iniuriam ac veluti contemptum infert iustitiæ, iudici, & parti. ita significatur in fine *c.*

CAPITVLVM II.

Legitima.

PARAPHRASIS.

Si contra Iudicem ordinarium aut delega-

tum opponatur, quòd sit parti suspectus, iure statutum est, vt arbitri à partibus eligantur, qui de causa suspicionis cognoscant: sin autem ij consentire non possint, tertium aduocent, veluti diremptorem, & quòd ad hoc cogi possint à Iudice, etiam per censuram. prout hæc habentur in *c. Suspicionis. 39. de off. delegati.* Nihilominus quidam arbitri reperiuntur, qui ob vnus partis odium, aut alterius fauorem recusationis quæstionem diutius protrahunt, ita vt causa principalis non cognoscat, ea propter Innoc. IV. hic nouum statutum edit, vt Iudex arbitris competentem terminum statuatur, intra quem vel ipsi intra se, vel si consentire non possint, cum tercio quæstionem recusationis decendant; sin minùs, Iudex procedat tanquam recusatus non sit.

Hæc constitutio nihil noui continet, nisi hoc vnicum, quòd Iudex arbitris certum terminum præfigere debeat, intra quem causam suspicionis seu recusationis terminare debeant: quo finito, si arbitri non pronuntiârunt, Iudex recusatus in causa ipsa procedere potest, vide quæ dicta sunt in *c. Speciali. 61. hoc tit.*

CAPITVLVM III.

Romana.

PARAPHRASIS.

Cum Cœpiscoporum & eorundem generalium Vicariorum seu officialium vnum & idem consistorium sit, ideo si ab officiali aliquo appelletur, non ad Episcopum, cuius Officialis est, appellatio tendere debet (ne alioquin appellatio ab eodem ad eundem fiat) sed ad Curiam Metropolitanam.

De hæc re dictum fuit in *c. 2. de consuet. in 6. & in c. dilecti. 66. hoc tit.*

SUMMARYM.

1. Consuetudo diuturna, si non est rationalis, non potest dare iurisditionem.

2. Archi-